Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



omnipotentem / Qui est spiritus sanctus esse dei. ibi Credo in spiritum sanctum. Hic patet quod predicti articuli sunt de vnitate diuinae essentiae et trinitate personarum / Quinta est de remissione peccatorum / Quinque sunt mentalia ibi statim et ecclesiam catholicam sanctorum communionem remissionem peccatorum / Sexta est mortuorum resurrectio ibi carnis resurrectionem / Septima breuis remuneratio subsequio comprehenditur et malorum punitio ibi et vitam aeternam. Et isti tres articuli vltimi addimitate primae qui vtute diuinitatis et peccatorum remissio quae est animae vnificatio et corporum resurrectio atque corporis sed est et animae glorificatio / Alia septem sunt articuli qui pertinent ad capitulum humanitatis / Prima est credere filium dei esse conceptum de spiritu sancto ibi Qui conceptus est de spiritu sancto / Secunda est filium dei natum ex maria virgine ibi / natus ex maria virgine / Tertia est filium dei pro nobis mortuum in cruce ibi passus sub pontio pilato crucifixus mortuus et sepultus / Quarta est filium dei descendisse ad inferos sive ad ad ibi descendit ad infernum / Quinta filium dei resurrexisse a mortuis ibi tertia die resurrexit a mortuis / Sextus eundem ascendisse ad celitatem patris ibi ascendit in celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis / Septima est filium dei iudicaturum bonos et malos / Isti quinque articuli colligunt ex symbolo quae apostoli edidit / Articuli primi et secundi de diuinitate possunt petere / Tertius Andreas / Quartus Bartholomeus / Quintus Simon / Sextus Thadeus / Septimus Matthias / Primi articuli de humanitate possunt Iacobus maior et secundus eadem / Tertius Johannes / Quartus Thomas / Quintus Matheus / Sextus Iacobus minor / Septimus Philippus / Tertia sunt symbola primum apostolorum / Secundum Nicenum concilium / Tertium athanasii / Primum factum ad fidei instructionem / Secundum ad fidei explanationem / Tertium ad fidei defensionem / Nota aliud est credere deum aliud credere deo aliud credere deum quia credere dum est credere ipsum / Credere autem dum est credendo amare eum et credendo in eum ire ac membris eius incorporari / Credere in deo est credere in eius / deffinitio

Spes est certa expectatio futurae beatitudinis ex dei gratia et meritis praecedentibus / Nihil autem diffinitione nostra limitatur / Certitudo dupliciter in qua plene vni pro consentitur / Sed certitudo opinionis qua vni parti consentitur quae conceptibilis videtur non tamen omnino sed tamen est sed